

Antiqua autem forisfacta penitus condonata sunt.

Homines capite capi, Dominis suis censum capitis sui tantum persolvant; quem si statuto termino non persolverint, lege qua statutum est emendant; nec nisi spontanei à Dominis requisiti, aliquid eis tribuant: licet tamen Dominis pro forisfactis suis eos in causam trahere, et quod iudicatum fuerit de eis habere.

Homines Pavis, qui exceptis familiis Laudunensium Episcopaeleptiarum et Militum Civitatis et Procerum regionis qui de Pace erunt, cujuscumque generis potuerint, uxores accipiant; de familiis autem Laudunensium Episcopaeleptiarum, qui sunt extra terminos Pavis, vel Procerum qui de Pace sunt, nisi Dominorum voluntate, uxores accipere non licebit.

Si quis vilis et inhonesta persona, honestum virum, vel mulierem, turpibus conviciis inhonestaverit, licet alicui probo viro de Pace, si superaverit, illum objurgare, et illum uno aut duobus colapis, sine forisfacto, ab importunitate sua compescere; quod si eum pro aliquo odio percussisse criminatus fuerit, licet ei juramento se purgare quod pro nullo odio eum percusserit, sed tantum pro pacis et concordiae observatione.

Mortuas autem manus omnino excludimus.

Si quis autem de Pace, filiam, vel nepotem, sine cognatam maritans, terram vel pecuniam ei dederit et illa mortua sine herede fuerit; quicquid terre vel date pecunie adhuc cum parentis de ea remanserit, ad eos qui dederunt, vel ad heredes eorum reddat. Similiter vir si sine herede mortuus fuerit, praeter dotalicium quod uxori dedit, tota possessio reddat ad propinquos.

[Dotalicium]